



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. I. De nonnullis casibus in specie, & jure expressis, in quibus lite non contestatâ testes recipi non debent, vel non ferri sententia definitiva.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

## TITVLVS VI.

UT LITE NON CONTESTATA, NON  
PROCEDATUR AD TESTIUM RECEPTIO-  
NEM, VEL AD SENTENTIAM DEFINITIVAM.

**R**egula generalis h̄ic traditur, quod ante litis contestationem nec ad testimoniū receptionem (super causā principali scilicet) nec ad sententiam definitivam ferendam, quā causā principialis finiatur (neque enim de interlocutoriis sententiis sermo est) definiti debeat, quia tamen suas h̄ec regula patitur exceptions, ideo in specie examinanda illa magis. Sit ergo

## §. I.

*De nonnullis casibus in specie, & jure expressis, in quibus lite non contestata testes recipi non debent, vel non ferri sententia definitiva.*

**P**rimò in causis matrimonialibus, si pagatur defedere, & vinculo, ac valore matrimonii, ordo judicarius exactè servandus non est, sed procedendum summati, & celeriter negotiorum expeditum; si tamen de criminē tantum agatur, adulterii v. g. ad separatiōnēm thori, testes recipi non debent, aut sententia definitiva ferri ante litis contestationem, etiamsi Reus sit contumax, & excommunicari possit. *Ad hoc 1. &c. Accedens 4. b. e.* cūm in causa hac odiosa, quae tendit ad thori dissolutionem manente vinculo, rigidus ordo servandus sit. Secundò non potest procedi ad testimoniū receptionem, aut sententiam de-

finitivam contra contumacem, in cuius principalī restitutionis, si lis contestata non fuerit. *c. Accedens 2. b. e.* quoniam excommunicari possit: totus enim processus in tali casu nullus & irreitus est, si non contestata, quae est fundatissima validi iudicis ordinatio. Tertiò, quando contra contumaciter absentes, testes recipi possint ante litis contestationem, nec sententia definitiva super ea la principali ferri, potest tamen actio reus contumaciter absens sit, in possessionem rei petite, custodiaz causā immitti si vero res talis sit, de qua litigatur, dicto modo in possessionem miseri possit actor, per censuram Ecclesiasticam compelli debet reus, ut comparet & litem contestetur. *c. Terci. b. e.* una contumacia reo tali proficit. Si tamen actor post oblatum libellum, ante litis contestationem, contumaciter se absenteret, nec ad instantiam Rei citatus compareat, audiendus Reus est, & ipsius defensiones, ac ferenda sententia definitiva etiamsi lis contestata non fuerit, ne in nocens scilicet propter contumaciam actoris, qui liberè ad iudicium provocavit, patiatur.

•••(c)••